



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Agapitvs M. 18. Augusti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

let exui. Sed rejectâ hâc adulterinâ sorore, vita doctor deinceps Christus successit. Hic modò CLARAE vel è Matris sinu osculum, vel seipsum manibus suis cibum ferre, vel stipem mensevis auferre; modò Agnelli formâ castissimæ colludere, modò denique cum Cruce Sponsi habitu adesse, & locum huic in corde expetere. Atque tunc nobilem illam, & quam in grandi demortuæ corde admirabundus Orbis spectavit, peractam celaturam credimus, quæ præter ternos ejusdem inter se ponderis globos (nobile Sanctissimæ Triadis symbolum) omnia Sponsi patientis arma exhibuit. In nobis nil tale ideo Cælum sculpit, quia dura heu! nimis saxagerimus. Ex monum. Eccl. Möt. Fals.

Infige pectori iuso, corai tuo signaculum Crucifixi, infige & brachio tuo, ut operata peccato mortua sint. Nihil in his criminis reviviscat, nihil erroris resurgat. Ambros., in ps. 118.

S. AGAPITVS M. 18. Augus.

ETiam AGAPITI citius annos, qui XV. tantum fuere, quâm pugnas numeres. Nervis enim primò derissimè cæsus tales se præbuit, ut Sparta faum diceret, nisi Prænesti sibi vindicaret. Mox in carcere quatuor diebus sine omni cibo degens suo succo, hoc est, cæli deliciis vixit. Inde iterum protractus vivos carbones in capite circumstulit, pulchritè ipso supplicio suo coronatus. Sub haevitibus spoliatus omnibus, ad luctam se jam expeditiorem credidit. Ab equuleo ex pedibus pendulus gavisus est è terrâ sublatum cælo se propriètate. Flagris pessimè acceptus nuditatem tunc domesticâ purpurâ texit, sanguine. Iam ubi fumurpendenti Antiochus præses subjecit, risis etiam

hunc
abire
pektu
malas
etiam
mox
Imp.
ad be
victor
feras,
AGAP
diceret
TRA.
Si
Foris r.
& qu
cum
sit, ta
muc.
S. L
L
statis
quò pa
latum
tir. A
fet, v
ipse &
num h
nitater
insidia
D. Vir
cisci fa
sanam
hunc

18. Aug. VITE SANCTORVM. 403

hunc, ut cuius consilia omnia denique in sumum abitent. Tum verò geminari verbera, & persundi pectus bulliente à flammis aquâ, & pugnis frangi malas Athletæ tyrannus jussit. Sed hic, non ille etiam hęc sensit supplicia, vi divinā ē tribunali, mox etiam ē vitā exturbatus. Aurelianus ergo Imp. morte AGAPITI Antiocho suo parentaturus ad bestias damnavit invictum. Sed hęc cùm pedes victoris lambarent, docuerunt humanitatem inferas, feritatem in tyrannum immigrasse. Tandem AGAPITVS decollatus intra geminas columnas dicere sine mendacio Herculi potuit, PLVS. VLTTRA. Ex Ferrer.

Si membris integris & valentibus flores, noli corporis robore & viribus gloriari; sed considera quot & quanta corpori pericula imminēant; quamvis enim ad exiguum tempus corpus nostrum firmum sit, tamen quid posterior paritura sit dies, ignoramus. S. Ephrem de Vit. spir.

S. LUDOVICVS EPISC. 19. Augusti.
LVDOVICVM Caroli Regis Siciliæ priuò, post
S. Francisci filium tenet. Puerulus somnum statim humi precationibus interpellavit. Caponem, quod pauperum præda esset, pio furto ē mensā ablatum, cùm parens id subodoraretur, in tosis vertit. Arma ludicra tractantem cùm equus abjecit. sicut, vicissim mundum ludibrio habiturus, arma ipse & equos abjecit. Quare quo die foror in manum hominis convenit, ipse sacris initiatus virginitatem Deo despondit, dæmonemque sub fele insidiantem signo Crucis elusit. Æger voto ad D. Virginem facto ē morbo surrexit, & in D. Francisci familiam abiit. Inde ad Pontificatum Tolosanam electus est. VIRGINEM ut in omni vita,

ita.